

Hæc autem omissio fuit omuino involuntaria, immo provenit etiam ob magnam attentionem, qua Episcopus proferebat prima verba simul cum unctione manuum; et provenit etiam ex eo quod inter prima et ea quæ omissa fuere intercedit rubrica.

Cum autem ultimus ordinatus, modo supra dicto acceperit manuum unctionem, Episcopus animadvertisit omissionem verborum: *quæcumque*, etc.; nimia anxietate correptus. Dei auxilio in corde suo invocato protulit, verba omissa videlicet: *ut quæcumque benedixerint benedicantur et quæcumque consecraverint*, etc., cum intentione ea proferendi super omnes neopresbyteros qui corum eo adstabant, putans ita reparare omissionem.

Episcopus autem anxius de hac repentinum utrum possit acquiescere.

*Feria IV, die 28 novembris 1900.*

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis, ab EEmis et RRmis DD. Cardinalibus Inquisitoribus habita, proposito prædicto dubio, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt: *Acquiescat.*

Sequenti vero Feria vi, die 30 ejusdem mensis et anni, in Audientia SS. D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Adsessore S. Officii habita, SSmus resolutiōnem EE. ac RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Notarius.